



Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

orgio de Ambasia Cardinali in regno Franciæ
S. Sedis Apostolicæ Legato ius facultatemque
gerendæ mitræ ceterorumque Pontificalium
in signum obtinuisse, in quem finem præscri-
ptæ literæ apud Pontisaram Id. Sept. an. 1509.

CAPVT XLVI.

S. Petri consecrati monasterium, vulgo VVeys
S. Peter, Scotorum extra muros Ratisbo-
nenses, & S. Iacobi intra muros.

Monasterium hoc dicitur tempore
Caroli magni inceptum, & in colle
victoriæ extra muros positum, vbi
corpora interfectorum sepulta, consecratum
miraculosè per sanctum Petrum cælitus, iux-
ta chronicon illius monasterij apocryphum,
&c. Sed cum iste locus arctior & angustior
esset, quam ut tot fratres caperet, ædificatum
est in agro quodam plano & lato domini
Alberti nobilis viri de Miderſil in montanis,
qui residencebat in proprijs possessionibus apud
Phrandenhusen, monasterium Scotorum in
honorem D. Iacobi; sub Dominico primo
eius loci Abbatे, tempore Erckanfridi Epi-
scopi Ratisbonensis, & Lotharij Imperato-
ris, circa annum 845. Ita habent Chronica
Episcoporum Ratisbonensium.

845.

Verum Auentinus libro 5. Annalium, ex
diplomatibus quæ exstant longè aliter, nem-

pe D. Marianum cum socijs, seu Henrico
quarto Imperatore, ac Ottone Episcopo
Ratisbonam venisse, ab Hemma Abbatissa
superioris monasterij hospitio exceptum,
postea à Vvilla Abbatissa, quæ Hemmæ suc-
cessit, templum D. Petri extra urbem, quod
Vveichs vocant, consentiente Ottone Epi-
scopo, impetrasse, Mathildam inferioris mo-
nasterij zitum acceruissam tribuisse, ibidem
ope piorum domicilia contruxisse, in diem
vixisse docendo ac interpretendo sacras lite-
ras, scribendo victum, & magnam gloriam
conquisiuisse, ob eamque rem ab Imperatore
Henrico quarto in tutelam receptos, & im-
munitati donatos esse, iuxta diploma, cuius
datum Kalend. Feb. anno 1088. indictione II.
ordinationis Regis XXXVI. Imperij V.
Factum in Røgnia ciuitate. Idem Auent. in
Annalib. suis lib. 6. ita scribit: Vbi Scotti
Ratisbonæ propter multitudinem confluen-
tium scotorum, angustius habitare cœpe-
runt, Fridericus Comes de Frontenhausen,
Otto Comes Rietenburgensis, Burggrauius
Ratisbonensis frater eius Henricus, cum vxo-
re Bertha, quæ filia fuit Leopoldi, Austriaci
Ducis, Luitgarda, vxor Friderici Comitis de
Pogen, Aduocati Ratisbonensis Ecclesie,
quam alibi Adelhaidam vocat, Gundackerus
& Vvernherus de Laber grande monasteri-
um D. Iacobo & Gertrudæ, intra mœnia vi-
bis, condunt, Comites de Laber & Rieten-
burg prædia apud Nariscos tribuunt, illo-
rum

rum ibi monumenta exitant. Berchta ibidem sepulta, vineas in Austria donauit, Hartvvi-
cus Episcopus Ratisbonensis templum dedi-
cauit anno 1120. Primus Abbas fuit Mauriti-
us, confirmatur per Calixtum Pontificem
Maximum & Imperatorem Henricum quin-
tum; Mauritio successit Christianus. Fabu-
læ igitur sunt, hoc monasterium à carolo
Magno conditum esse, qui ante trecentos an-
nos obierat, &c. Durauit autem S. Petri Ec-
clesia extra urbē sub suo priore. Super cuius
electione & institutione aliquādo lisfuit in-
ter Abbatissam superioris monasterij, & Ab-
batē S. Iacobi, sopita & transacta per Conra-
dū tertium, Ratisbonensem Episcopū. Extat
diploma de anno 1216. usque ad annum Do-
mini 1552. Quo in bello sociali, quod Princi-
pum vocant, per Philippum Comitem ab E-
berstein, qui Cæsaris nomine præsidio mili-
tari Ratisbonæ præierat, prædicta Ecclesia S.
Petri, quæ hostibus propugnaculi vice ex-
travrbem esse poterat, cum omnibus suis æ-
dificijs penitus deiecta & excisa est, constitu-
to ibi publico cœmiterio, vulgariter eius
Hokater, &c.

Defundatoribus monasteriorum pro Scotis
in Germania, præsertim Ratisbonæ, Vide e-
undem Auentinum lib. 6. De qua re etiam
duo diplomata extant Henrici quarti,
& filijeius Henrici quinti, Impe-
ratorum.

Einf-

Einsidlene monasterium Vulgo Zum Eynsid-
lem in D. Constantiensi.

860.

MOnasterium istud non procul à Tiguro
originem habuit anno Christi 860.
Sacellum ac cellulam sibi, ibidem ædificante
S. Megimado Bertholdi Comitis à Sulgov
filio.

CAPVT XLVII. FOSVVERDENSE

Monasterium, sesquimilliari à Docconio, Frisia
Occidentalis opido, olim situm.

A.D. 866.

Fostā non-
nulli F. stā
Deam in-
terpretan-
tur.

Anno octingentesimo sexagesimo sex-
to, Haio Dominus Amalandiæ, obvo-
tum Deo factum, in Amalandia mona-
sterium fundauit, eo loco quo Fostæ templum
conspiciebatur. Ad quod anno in sequenti
Odilbaldus XII. Episcopus Ultraiectensis,
petente Haione, pios aliquot monachos Be-
nedictinos transmisit. Stetit autem mona-
sterium dicto in loco ducentis quadraginta
tribus annis, indeque post in Frisiā, certas
obcaussas, à quadam Comitissa est translata-
rum. Andreas Cornelius in Frisiæ Chronicis.

Porrò Comitissa ista, nomine Anna, Do-
mini Amalandiæ filia, & Adolfi Frenenburgij
vxor exstitit, quæ Fosvverdense monasteri-
um, ob iniurias piratarum, quibus erat obno-
xiūm,